UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CX. Markgraf Ludwig d. R. überträgt den von der Familie Beer zu Rulnsdorf zu leistenden Dienst auf die Güter der Vorhuwer und verschreibt jener das Angefälle der letztern, am 1. August 1353.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55861

Visual Library

CIX. Markgraf Ludwig der Römer weiſet den Gebrüdern von Marwitz 40 Marck für ein von ihnen gekauftes Pferd auf Hebungen im Lande über Oder an, den 16. Juli 1353.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. Quia emimus a ſtrenuis viris Henrico et Conrado, fratribus de Marwitz unum caballum pro XL marcis denariorum levium, jure compenſacionis earum ſcilicet XX marcarum contulimus et preſentibus conferimus ipſis et eorum heredibus VIII talenta novorum denariorum brandenburgenſium annuorum reddituum ſitorum in villa Geyneyn, que conſvetum eſt percipi de cenſu pontis, juſto pheudi titulo a nobis tenenda et pacifice poſſidenda, reliquas vero XX marcas deputamus per eos tollendas et recipiendas in precaria noſtra proxima villarum Laurenſtorp et Beyerſtorp noſtro et fidelis noſtri Ottonis de Sliwen, militis advocati transoderani, impedimento remoto. In cujus etc. preſentibus Lochn, Trutenberg, Szack, Hager, Johanne de Wedel et Cuntzone de Sliwen. Datum Struzberg, Anno MCCCLIII°., in craſtino diviſionis apoſtolorum.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Kgl. Geh. Staatsarchives fol. 250 und einem Diplomatarium der Bresl. Univerſitäts-Bilbiothek.

CX. Markgraf Ludwig d. R. überträgt den von der Familie Beer zu Rulnsdorf zu leiſtenden Dienſt auf die Güter der Vorhuwer und verſchreibt jener das Angefälle der letztern, am 1. Auguſt 1353.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. intuitis et conſideratis meritis et fidelibus obſequiis, nobis per Albertum Beren, Gerkinum et Burchardum, ſuos patruos, fideles noſtros dilectos, fideliter exhibitis, iis et eorum heredibus talem graciam facimus per preſentes, quod ſervicium, quod nobis, illuſtri fratri noſtro Ludovico ſeniori et noſtris predeceſſoribus divine recordacionis ab antiquo facere conſueverunt ex debito vel ex iure de villa Rulnstorp, quam inhabitant, transponimus ſeu transferimus per hec ſcripta in ſingula et vniverſa bona fidelium noſtrorum dictorum Vorhouwer, vnde nobis idem Vorhuwer eciam bonum ſervicium facere hactenus conſueverunt, ſic quod dicta ſervicia, que preſentibus coadunavimus, deinceps in perpetuum debebunt unum ſervicium permanere et nullatenus, quam ſolummodo in bonis predictorum Vorhouwer undique ſic exigi, repeti vel aliqualiter extorqueri. Ipſi quoque Beren et eorum heredes cum villa ſua premiſſa ab omni ſervitutis onere, quo nobis aſtricti fuerunt, ſemper debebunt eſſe liberi et ſoluti. Conferimus eciam predictis Beren et eorum heredibus devolucionem omnium bonorum filii Kopkini Vorhuwer, cuius et tutor debebit fore uſque ad annos diſcretionis et pubertatis, ſic quod eadem bona, ſi eundem decedere contigerit heredibus pheudi capacibus non relictis, ad memoratos Albertum Beren, ſuos patruos et eorum heredes derivari debebunt pariter et devolvi. In cuius etc. preſentibus Lochen, Wolcho, Szack, Truten-

berg, Hans et Wedege de Wedel cum ceteris. Datum Nurenberg, Anno MCCCLIII°., in die beati Petri ad vincula.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des K. Geh. Staatsarchives fol. 324.

CXI. Markgraf Ludwig der Römer überläßt auf Abſchlag von Schulden an Henning von Bredeſlow die Bede und den Wagendienſt des Dorfes Marggelfendorf, am 29. Mai 1354.

Nouerint, quod nos Ludowicus Romanus etc., noſtro ac heredum noſtrorum nomine ſtrenuo viro henningo de Brederlow, fideli noſtro dilecto ſuisque etc. Contulimus et conferimus per preſentes precariam ville Marggelfendorff tam denariorum quam eciam frumenti cum ſeruicio curruum, cum omnibus et ſingulis aliis juribus, que predeceſſores noſtri felicis recordationis Marchiones Brandenburgenſes et nos hactenus in villa huiusmodi antedicta habuerunt, tenuerunt, a nobis juſto pheodi titulo perpetuis in antea temporibus quiete et pacifice poſſidendam. Cuius quidem pheudi et precarie valorem ſecundum eſtimacionem reddituum ſeu prouentuum annuatim jnde deriuatorum prefatus henningus nobis jn noſtris debitis, quibus eidem aſtricti fuerimus et obligati, noſtro preſente conſilio rite et racionabiliter defalcabit etc. Preſentibus Wantsleuen, Haſſo de Vchtenhagen et de Valkenburg, Oſt, Aluensleben, Trutenberg, Otto Sliwen, Trutenberg, Biſmarke. Datum Konigsberg, Anno LIV, jn octaua Aſcenſionis domini.

Aus der Dickmann'ſchen Urkunden-Sammlung der Bresl. Univerſ.-Bibliothek.

CXII. Markgraf Ludwigs Gelöbniß gegen den Johanniter-Orden wegen des ihm zu ſeinem Kriege geöffneten Hauſes Tempelburg, vom 12. Juni 1354.

Wir Ludwig der Römer etc., Bekennen, das der erſam geiſtlich Man, Bruder Herman von Werbergh, Gebieter des ordens ſanct Johannis des hilgen hoſpitals Jeruſalem, von des vorgenanten ordens weghen vns vnd vnſsen erben nach vnſer vorderunge vnd Bogerede meth groſſem willen geoffnet haben das huſs czu tempelburg, alzo das das, diewile vnſer krigh gewerth, vns vnd vnſeren hauptluden an vnſer ſtadt offen ſloſs vnd huſs zin zal alle czith zu alle vnſer noten vnd bedurften. Hirvm habe wir ghelaben vnd globen ouch met diſſen brieff dem vorgenannten von werberg vnd dem gantzen orden, das wir ſie noch vnſer houptlude edder geleger, de wir vff das hus ſchicken oder ſetzen werden, vff diſsmal oder furbaſs, ſie weder an iren luten oder an iren gutern, an iren namen oder an iren alden rechticheiden, de en von alder vnd von recht zugehoren, nicht vorvnrechten ſullen noch em willen, in keynerley wiſs. Wer ouch,